



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

XVIII. Si sacerdotis vidua, vel Leuitae, maritum acceperit, in finem tantum communionem accipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

574 ANASTASIVS CONCILIVM ARCADIVS IMP<sup>R</sup> HONORIVS

coniugali,  
qua<sup>e</sup> est v.  
xor minus  
solemniter  
ducta.

abiiciatur, donec desinat, & per poenitentiam re-

AUG<sup>UST</sup>  
CART<sup>E</sup>  
490.

uertatur.

XVIII.

Si qua vidua episcopi, siue presbyteri, aut diaconi, maritum acceperit, nullus clericus, nulla religiosa cum ea conuiuum sumat, nunquam communicet; morienti tantum ei sacramentum subueniat.

XIX.

Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si Deo deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit; si eam pater vel mater in affectum receperint, a communione habeantur alieni. Pater vero causas in Concilio se nouerit praestaturum: mulier vero non admittatur ad communionem, nisi marito defuncto, egerit poenitentiam. Si autem viuente eo, secesserit, & poenituerit, vel petierit communionem, \* in ultimo vitae deficiens, accipiat communionem.

XX.

Quamuis pene vbique custodiatur, vt absque episcopo chrisma nemo conficiat; tamen quia in aliquibus locis vel prouinciis, presbyteri dicuntur chrisma confidere, placuit ex hac die nullum alium, nisi episcopum chrisma facere, & per diocesim destinare: ita vt de singulis ecclesiis ad episcopum ante diem Paschæ diaconi destinentur, aut subdiaconi; \* vt confectum chrisma ab episcopo destinatum ad diem Paschæ \* possit occurrere. Episcopo sane certum est omni tempore licere chrisma confidere: sine conscientia autem episco-

pius  
fidelis  
fons  
acc.

\* ut con-  
fidi-

\* possit

\* ad regia

detinet